



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Fvlco Episc. 26. Octobris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

hoc est, gemmâ ornasset, compluribus  
deinde sanitatem eo impertiit, dum  
vitam pulchrâ pro Christo morte etiam  
ipse obsignavit. Ex Surio.

S. FVLCO EPISC. 26. Octobris.

**Q**ui pauperes esse Musas indignan-  
tur, exemplum patientiæ licet à  
FVLONE mendicent. Hic extremâ  
rerum omnium inopiâ pressus non ta-  
men ideò minus literas coluit, dudum  
ab his ipsis edoctus somnia doctiora  
non possit merum, sed aquas in Heli-  
cone potas obrepere. Quare non invi-  
tus à magistro doctrinam, ab aliis vi-  
ctum vestitumque precario accepit. Et  
forte fortunâ ditiores ædes pulsavit,  
cum ancillula stipem per jocum eâ lege  
porrexit, ut ne infulam unquam accep-  
taret. Enimverò jam jam prehensurus  
panem FVLCO manum illicò retraxit,  
indignum reputans tam parvo lucello  
tam magnas spes vendere. Et placuit,  
generosus hic animus usque ad eò ad iū  
domino, ut victum deinceps ceteraque  
vitæ præsidia omnia FVLCONI libera-  
liter suppeditaret. Itaque positâ mole-  
stâ paupertatis sarcinâ, cum liberius  
jam studiorum stadia decurreret, inter  
Canonicos, quos vocant Regulares,  
adnumeratus, missusque Lutetiam Pari-  
siorum, Doctoris primò titulis ornatur,  
mox Placentiæ ad D. Euphemiam reli-

P p 3 quis

quis præponitur, inde Archipresbyter, inde Episcopus Placentinus, denique Papiensis etiam renuntiatur, & jam illa olim omnibus supplex manus anulo vestitur, caput omnibus apertum mitra regitur, doctæque egestas purpurâ involvitur. Sed tamen memor fortunæ veteris, dum vixit, quinos semper mensæ pauperes adhibuit, totidemque cum magistro suo Musarum clientes, & septem egentes viros nobiles aluit. Arque hi fecere, ut licet virgo FVLCO, patet tamen obiret. Ex Ferrar.

S. ELESBAAN G. 27. Octobris.

**N**ON erubescant Reges in Regem ELESBAANVM intueri, & ex eius vultu, Æthiopis licet, mores tamen suos componere. Bellum illi grave erat cum Rege altero Dunaanò Iudaicæ superstitioni addicto. Causæ & DEO fides purpuram quidem pugnaturus exuit, cæterum ingentes animos induit, quos majores etiam Anachoretæ religio quis illi fecit, cum, ut sibi DD. Martyrum præsidia (optimas utique auxiliares copias) accerseret, persuasit. His fretus cum in aciem descendisset, et in initio laborare hæc videretur, pugna tamen ad extremum vicit, auspiciatissimo D. Gabrielis nomine velut militari tessera tertium in aëre conclamato. Adhæc Superi Dunaanum hostem ita